

TUA IN FINES TERRÆ : JUSTITIA PLENA EST DEXTERA  
TUA.

Pergit Propheta in persona fidelium laudare Deum ob accepta beneficia, ac sicut initio dixerat: « Magnus Dominus, et laudabilis natus, » ita nunc dicit: « Secundum nomen tuum, sic et laus tua in fines terra, » id est, secundum magnitudinem nominis tu est etiam magnitudo laudis tue. Sicut enim nomen Dei in universo terra innutrit ob magna, quæ in Ecclesia fundanda et protegenda patravit: sic etiam laudatur Deus per totum mundum, usque ad ultimum terminum terræ. Addit etiam materiam laudis, dicens: « Justitia plena est dextera tua. » Inde enim ubique laudatur Deus magnificissimus praeconio omnium gentium, quoniam justissime pios defendit, et impios puni. Dicitur autem a dextera Dei plena justitia, non quod non sit etiam plena misericordia, sed quod nullum locum habeat apud eum in justitia. « Justus enim Dominus est in omnibus operibus suis, » ut dicitur Psalm. XLIV.

Vers. 10. 10. LETETUR MONS SION, ET EXULTENT FILIE  
JUDE PROPTER JUDICIA TUA, DOMINE.

Ex eo quod dextera Domini plena est justitia, horatur Propheta populum Dei ad exultandum, quoniam ipso populus propter ceteros novit per experientiam justitiam Domini: « Letetur, inquit, mons Sion, » id est, populus Dei, sive Ecclesia Dei, que per eum montem significatur, « et exultent filie Jude, » id est, non solum viri, sed etiam feminae in populo Dei letentur, « propter iudicia tua, Domine, » videntes scilicet justitiam, quam exercerunt in protegendis fidelibus et perdendis infidelibus. Fortasse etiam per montem Sion intelliguntur perfecti, fortis; per filias Jude, imperfecti et debiles. Vel per montem Sion, intelligitur arx et caput religionis, qualis erat Ierusalem apud Judeos; per filias Jude intelliguntur reliqua membra Ecclesia, qualia erant oppida subiecta Ierosolymae: sapientia enim in Scripturis, ac presentem in libro Josue, per filias intelligentiarum castella, sive oppida subiecta majoribus civitatum.

Vers. 11. 11. CIRCUMDATE SION, ET COMPLECTIMINI EAM:  
NARRATE IN TURRIBUS EIUS.

Vers. 12. 12. PONITE CORDA VESTRA IN VIRTUTE EIUS, ET  
DISTRIBUITE DOMOS EIUS, UT ENARRETIS IN PROGE-  
NIE ALTERA.

Hortatur in fine Psalmi ad edificationem et munitionem sancte civitatis, de qua dixerat: « Fundatur exultatione universae terra mons Sion, civitas Regis magni. » Hec enim civitas non est si materiali milis materiali civitati, quæ semel fundatur et edificatur; sed usque ad finem mundi fundanda, et

adficanda, et munienda est ex lapidibus vivis, qui quotidie inserendi sunt, donec civitas perfecta in die novissimo dedecetur. Sic enim Apostolus loquitur ad Ephes. II: « In quo et v' s' edificamus in habitaculum Dei in Spiritu Sancto. » Et cap. IV: « Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Evangelistas, alios autem pastores, et doctores ad consummationem Sanctorum in opus ministerii, in edificationem corporis Christi. » Et S. Petrus in Epist. I, cap. II: « Ad quem accedentes lapidem vivum, ab hominibus quidem reprobatum, a Deo autem electum, et honorificatum, et ipsi tanquam lapides vivi superedificamini domus spiritulectim. » Ait igitur: « Circumdate Sion, et complectimini eam, » id est, muris cingite sanctam civitatem, ubi forte desunt. Discuntur autem muri civitatis viri perfecti, qui reliquum populum defendunt ab inimicis. « Narrate in turribus eius, » id est, ex edito loco publice predicate: nam (ut dulce) prædictio Evangelii est instrumentum, quo civitas fundatur et edificatur. « Ponite corda vestra in virtute eius, » id est, serio cogitate de munitione et robore civitatis, ne pataet hostium incurvius. « Et distribuite domos eius, » id est, post fundata et edificata invenientur et adficiantur domus; et quoniam ad hoc opus multi requiruntur, distribuite variis operariis partes suas, ut domos adficiant, et sic civitas paulatim repletur et crescat: et si fieri, « ut enarretis in progenie altera, » id est, ut per vos multiplicato populo Dei, ad posteros transmittatis notificatis Dei.

13. QUONIAM HIC EST DEUS, DEUS NOSTER IN VERS. 12.  
ETERNUM, ET IN SECULUM SECULI: ISE REGET  
NOS IN SECULA.

Hoc est quod narrandum est posteris, quod videlicet, « hic Deus, » qui fecit mirabilia in civitate sancta Jerusalem, « ipse est Deus noster in aeternum, » nec unquam recesserunt ab eo, nec ipse recesserunt a nobis; nos erimus in aeternum populus eius, et « ipse Deus noster in aeternum, » et reget nos in secula. » S. Hieronymus vertit ex hebreo haec ultima verba: *Ipsa reget nos in morte.* Sed facile est videre unde orta sit varietas lectionis: nam vox hebraica si legatur *holamoth*, significat *in secula*, et sic legerunt Septuaginta Interpretes; si legatur cum aliis punctis *halimath*, significat *ad mortem*, et sic legit S. Hieronymus, et legunt hodie Rabbinii. Uterque autem sensus verus est, et in idem recedit: nam si Deus regat nos usque ad mortem, regat sine dubio *in secula*: non enim post mortem ab illis excidere poterimus. Qui exponunt hunc Psalmum de terraena Jerusalem, valde laborant in explicatione vers. 11 et 12. Qui autem exponunt ad literam de Ecclesia, nullas patiuntur angustias.

V. v. — 1. In finem, filii Core  
Psalmus.

2. Audite hæc, omnes gentes: auribus percipite, omnes qui habitat in orbem.

3. Quique terrigena, et filii hominum: simul in unum dives et pauper.

4. Os meum loquetur sapientiam, et meditatio cordis mei prudentiam.

5. Inclinabo in parabolam aurem meam: apieram in psalterio propositionem meam.

6. Cur timeto in die mala? iniqüitas calcanei mei circumdabit me.

7. Qui confidunt in virtute sua, et in multitudine divitiarum suarum gloria: tur.

8. Frater non redimet, redimet homo: non dabit Deo placationem suam,

9. Et pretium redemptionis animæ sua, et laborabit in aeternum, 40. et vivet adhuc in finem.

11. Non videbit interitum, cum viderit sa-  
pientes morientes: simul insipiens et stultus peribunt.

Et relinquunt alienis divitias suas; 12. et sepulcra eorum domum illorum in aeternum.

Tabernacula eorum in progenie, et progenie: vocaverunt nomina sua in terris suis.

43. El homo, cum in honore esset, non in-  
tellexit: comparatus est jumentis insipientibus,  
et similis factus est illis.

44. Hæc via illorum scandalum ipsis, et poste-  
re ore suo complebunt.

45. Sicut oves in inferno positi sunt, mors  
depascat eos.

Et dominabuntur eorum justi in matutino, et auxilium eorum veteraset in inferno a gloria eorum.

46. Verumtamen Deus redimet animam meam  
de manu inferi, cum accepit me.

47. Ne timueris cum dives factus fuerit homo,  
et cum multiplicata fuerit gloria domus eius.

48. Quoniam cum interierit, non sumet omnia;  
neque descendet cum eo gloria eius.

49. Quia anima ejus in vita ipsius benedic-  
tur: confitebitur tibi, cum beneficeris ei.

20. Introibit usque in progenies patrum suo-

Audite hoc [al. *hæc*], omnes populi: auribus per-  
cipite, universi habitatores occidentis [h. *orbis*].

Tam filii Adam, quam filii [h. *virilis*] singulo-  
rum: simul dives et pauper.

Os meum loquetur sapientias [al. *sapien-  
tiam*], et meditatio cordis mei prudentias [al.  
prudentiam].

Inclinabo [al. *inclinabo*] ad parabolam aurem  
meam: apieram in cultuaria anigma meum.

Quare timeho in diebus mali? iniqüitas calca-  
nei mei circumdabit me.

Qui fiduciam habent in fortitudine sua, et  
in multitudine divitiarum suarum superbunt.

Fratrem redimet vir: nec dabit  
Deo propitiationem pro eo: et pretium redemp-  
tionis animæ eorum.

Sed quiescit in sæculo, et vivet ultra in semi-  
pitnum, et non videbit interitum [al. *in aeternum*], cum viderit sapientes morientes.

Similis insipiens et inductus peribunt, et ro-  
lingunt alienis divitias suas.

Interiora sua domos suas in sæculo, taberna-  
cula sua in generatione et generatione: voca-  
verunt nominibus suis terras [al. *ad. suas*].

Et homo in honore non commorabitur: assi-  
milatus jumentis [al. *ad. est*], et exæquatus est.

Hæc est via insipientis eorum [h. *via eorum*],  
et post eos iuxta os eorum current. SEMPER.

Quasi grex [h. *ores*] in inferno positi sunt;  
mors pascat eos, et subjiciat eos recti in matu-  
tino, et figura eorum conteretur in inferno post  
habitaculum suum.

Verumtamen Deus redimet animam meam,  
de manu inferni cum assumpserit me. SEMPER.

Noli timere cum ditatus fuerit vir, cum mul-  
tiplicata fuerit gloria domus eius.

Neque enim moriens tollet omnia: nec de-  
scendet post eum gloria eius.

Quia anima sua in vita sua benedicet: lau-  
dat te, cum bene fuerit tibi.

Intrabit [al. *intrabunt*] usque ad generatio-

- rum, et usque in eternum non videbit lumen. nem patrum suorum : usque ad finem non videbit lucem.
21. Homo, cum in honore esset, non intellexit : comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis.
- Homo cum in honore esset, non intellexit : comparavit se jumentis, et silebitur.

*Argumentum.* — Premesso proemio, vers. 2-5, quo invitat ad carmen suum audiendum, duabus strophis 6-13, 14-21, quarum utraque idem argumentum persequitur, eademque terminatur sententia, bono animo jubet esse plus conspecta felicitate atque insolentia impiorum, ut qui, quantumvis opibus polleant, tamen brevi tempore sint ex vita abituri, divitiarumque nominisque glorie nihil relatur in sepulcrum. Est igitur hujus carminis idem fere quo trigesimi septimi argumentum.

4. Praeceptor, Coritarum canticum.
2. Audite hoc, omnes populi;  
Auscultate, omnes incolae mundi;
3. Tum filii hominis (plebeii), tum filii viri (nobilis),  
pariter dives et inops.
4. Os meum loquetur sapientiam,  
et meditatio cordis mei est intelligentia (prudentia).
5. Inclinabo aurem meam ad parabolam,  
exponam cum harpa sententiam meam.
6. Cur timeam diebus adversis,  
*cum* pravitas insidiantium mihi circumdat me,
7. Qui confidunt facultatibus suis,  
et multitudine divitiarum suarum gloriantur?
8. Fratrem non potest redimere (a morte) quisque;  
non potest dare Deo pretium (redemptionis, *λέπτης*) ejus.
9. Et carum est pretium redemptionis animae eorum,  
et deficit in perpetuum :
10. Ut vivat *aliquis* porro in perpetuum,  
et non videat foveam (sepulcrum).
11. Nam (imo) videbat *eam* sapientes moriuntur;  
una stultus et brutus pereunt,  
et reliquunt alii facultates suas.
12. Intimum eorum sunt domus eorum in perpetuum,  
habitationes eorum per omnes aetas;  
celebrantur nomina eorum in terris.
13. Et tamen homo in honore non pernoctat (diu manet);  
similis redditus bestiis quae exciduntur (pereunt).
14. Haec est via (sors) eorum, quibus stultitia est,  
et post illos, *via* eorum, qui ore (sermonibus) illorum delectantur,
15. Instar pecoris in ocreum reponuntur (detruduntur);  
mors eos depascat (consumet),  
et calcabunt eos (eorum tumulos) justi :

- orevi, et forma eorum est in consumptione orci, depulsa ex domicilio suo (magnificis ædibus).
16. Verumtamen Deus redimet animam meam a manu (potestate) inferi, eum prehenderit me.
17. Nil metuas, cum divitias fecerit vir quispiam, cum creverit splendor domus ejus.
18. Neque enim, cum moritur, auferet quicquam, non descendet post eum (eum comitans) splendor ejus.
19. Licit in vita sua animam suam (se) felicem predicatorum, et homines celebrarint te quod benefecis tibi :
20. Venies tamen ad generationem (habitationem) patrum tuorum, qui in sempiternum non vident lucem.
21. Homo in honore et *qui* non intelligit (sine intelligentia), similis est bestiis quae exciduntur (pereunt).

## NOTE.

Vers. 5. *Parabolam*, canticum, quod suggesterit mihi animus. *Harpa*, Kinnor. *Sententiam*, propr. enigma. — Vers. 8. *Pratrem*. Ewaldus *τὸν* pro *τὸν* habet, *tamen*, certe, subauditique sese. — Vers. 9. *Carum*, nimium, magis quam quis reperire aut acquirere possit. — Versum 9 in parenthesis inclusum esse putant multi. — Vers. 12. *Intimum*, animus et cogitatio eorum est, *domus suas* permanuras, etc. : ita Rosenmullerus. *Maurer*, *intimum*, i. e. curæ et vota, etc., q. d. Domus sibi aeternas extrahunt, tanquam si nunquam sint interterriti; nam *hominem* agitur, non *edificiorum* diutinatus. Antiquorum interpretatum plerique pro *qīrābān* malunt *qīberān* in hunc sensum : *Septulcrum eorum est domus eorum in perpetuum, quorum celebrata erant nomina, in terris*. — Vers. 14. *Quibus stultitia; ali, imo, vel potius stultitia. Qui ore illorum, etc., illorum assentatores et parasiti, qui vestigia eorum insistunt. Alii : et tamen post eos multi sunt qui eorum sermonibus delectantur. Alii : et posteri eorum ore suo blandientur, panem suum emendicabunt*. — Vers. 15. *Reponuntur, proper. ponunt, impers. depascat; ali, pascat* : cf. J. B. Rousseau : *Mors*, ait,

*Frappe ce vil troupeau, dont elle est le pasteur.*

*Calcabunt* : Hengstenberg, dominabitur, v. g. Sauli dominatus est Davides. Multi cum precead. jungant brevi, propr. mane, i. e. subito. Impi enim noctu occidi tinguntur. Ewaldus : *Gregis instar*, quos orco addicit, eos mors pascat.... brevi consumetur eorum forma; orcus pro habitatione erit eorum cuique. — Vers. 16. *Cum*, etc. Alii, *me, inquam, eripiet*. Alii, *nam suscepit me*. — Vers. 18. Quale illud Propertii, *Eleg. III, 3, 35* :

*Haud illas portabis opes Acherontis ad undas :  
Nudus ab inferna, stolte, vehe rate.*

— Vers. 19. *Felicem predicatorum*; ali, *sibi blanditus fuerit*, laufe vivendo. *Tu*, oratione subito conversa. *Benefecis*, benignè te tractaveris. — Vers. 20. *Tuorum*, propr. *suorum*, mutata iterum persona, nisi forte *anima sit subjectum verbi*.

## BELLARMINI EXPLANATIO.

## PSALMUS XLVIII.

## TITULUS ET ARGUMENTUM

In finem filii Core Psalmus.

In titulo nihil est novi. Argumentum est adhortatio utilissima ad virtutem sectandam, et fugienda vita.

## EXPLICATIO PSALMI.

Vers. 1. 1. AUDITE HEC, OMNES GENTES; AURIBUS PERCIPITE OMNES, QUI HABITATIS ORBEM.

Vers. 2. 2. QUIQUE TERRIGENE, ET FILII HOMINUM; SIMUL IN UNUM DIVES ET PAUPERES.

Hec est praefatio ad captandam attentionem, que sumitur ex eo quod oratio habenda conveniat omnibus hominibus aquiliter, nec solum presentibus, sed etiam futuris. Itaque convocatur omne genus humannum ad audiendum; et quoniam natus locus illius tantum multitudinem caperet, neque illa vox oratoris a tam multis audiari posset, intelligere debemus Prophetam praevidisse Psalmos suos in omni terra, et in omni futuro tempore decantandos; et ideo omnes omnino ad audiendum invitasse. «Audite, inquit, omnes gentes» (sive, ut habetur in hebreo, *omnes populi*), quia videlicet ad omnes pertinent ea que dicenda sunt; «auribus percipite omnes, qui habitatis terram:» declarata verba precedenda; quod enim dixerat: «Audite,» declarata addens, «auribus percipite,» id est, non ita audite, ut sermo tantum circumsonet aures, et pertranseat; sed ita audite, ut sermo intra aures recipiat, ibique hecat, ut attente cogitari possit. Quod autem dixit: «Omnes gentes,» explicat addens, «omnes qui habitatis orbem,» ne videlicet per gentes intelligentur soli gentiles; vel, per populos, ut est in hebreo, intelligentur soli qui civitates incolunt. Vocabatur agit ad audiendum omnes, qui orbem terrarum incolunt, sive sint gentiles, sive hebrei, sive congregati in civitatibus, sive dispersi in montibus et solitudinibus habitent. Ac ne videatur solos viventes et presentes alloqui, addit aliquid generalius, dicens: «Quique terrigena, et filii hominum,» id est, audie omnes, qui ex terra et ab hominibus ortum ducitis: omnes enim homines, tam sunt, quam qui erunt, communem habent matrem, terram, et communem patrem, Adamum; sive communem habent materiam ex qua sunt, terram; et commune principium actuum, hominem. In hebreo habetur, בְּנֵי אָדָם, *fili Adam*, ubi nos habemus, *terrigena*; sed credibile est Septuaginta interpretes non leguisse *Adam*, sed בְּנֵי *adah*, quae vox *terram* significat: facile enim est litteram ultimam ex nostris codicibus

bus hebraicis excidisse. Adjungit postremo: «Si in unum dives et pauper,» ut ostendat id quod dicendum est in hoc Psalmo, ad omnes <sup>Oratio ad</sup> æqualiter pertinere, non magis ad dives, quam ad pauperes; neque in hoc theatro ullam ratione habendam differentiam personarum, sicut non habebit in conventu illo, quo convocabuntur ad iudicium in die novissima. Hec enim oratio quam in hoc Psalmo, per Prophetam, Spiritus Sanctus ad homines habet, talen omnino conventionem requireret, qualis erit in ultima die.

3. OS MEUM LOQUETUR SAPIENTIAM, ET MEDITA- Vers. 3.  
TIO CORDE MEI PRUDENTIAM.

4. INCLINABO IN PARABOLAM AUREM MEAM, APE- Vers. 4.  
RIAM IN PSALTERIO PROPOSITIONEM MEAM.

Hec est altera pars prefationis, in qua rursus Propheta preparata auditorem ex aliо duplicitate, ex dignitate materie, et ex dignitate docentis. Dignitas materie ostenditur ex eo quod sermo futurus est de sapientia et prudentia, et sermo non simplex, sed parabolicus et enigmaticus, quemadmodum esse sermonem de rebus gravissimis, ut non contumulari, neque intelligatur, nisi a diligentibus et attentis auditoribus. «Os meum, inquit, loquetur sapientiam,» id est, docebit ea que faciunt hominem sapientem; «et meditatio cordis mei, prudentiam,» id est, et meditatio cordis mei, que per os foras erumpit, docebit ea, que faciunt homines prudentes: declarat enim priorem versiculum partem per posteriorem; cum enim dixisset: «Os meum loquetur,» ne putaremus eum temere loqueretur, quiequid in buecum venierit, addit: «Et meditatio cordis mei,» supple, loquetur, id est, os meum pariet quod cor meum diuturna meditatione conceperit. Et quia dixerat se loquendum sapientiam, ne quis existimat sermone futurum de rebus speculativis, et ad actiones humanas parum pertinentibus, addidit *prudentiam*. Itaque significat sermonem habendum de rebus, quae sapientiam simul et prudentiam confringant, queque faciant hominem sapientem in altissima causa contemplandis, et prudentem in vita rectissima instituenda. Attingit deinde magnitudinem doctoris, cum addit: «Inclinabo in parabolam aurem meam apertam in psalterio pro-

## PSALMUS XLVIII.

321

positionem meam,» quasi dicat: Non ego locutus sum, que mox audietis, sed spiritus Dominus per me loquetur; ego enim attente primum audio internum Doctorem meum, deinde que audiui loquor. «Inclinabo in parabolam aurem meam,» id est, subiectam aurem meam spiritui loquenti, et obedienter audiam; et sic aperiatur in psalterio propositionem meam, mihi videlicet a Deo inspiratam et communicatam. Per parabolam hoc loco intelligitur enigma, id est, propositio obscura, que attentionem et studium requirit ut intelligatur. Id patet ex verbis hebreis, que significant *proverbium et enigma*; et similia habentur *Jude*, XIV, ubi Samson proposuit expicandam illam sententiam: «De comedente exiit cibus, et de forti egressa est dulcedo;» quam sententiam vocat problema et propositionem: et habentur *in loco eadem verba hebreica*, חִידָה, chidah, que hic habentur. Quod autem additur, *in psalterio*, sive in *cithara*, ut proprie sonat vox hebreica, pertinet etiam ad preparationem auditorum: significat enim David se propositorum doctrinam suam gravissimam cum cantu et sono, ut suavitates misceret tempore gravitatem doctrine, et precepit utilissima iucundius et avidius suscipiantur.

Vers. 5. 5. CUR TIMEBO IN DIE MALA? INQUITAS CAL-  
GANEI MEI CIRCUMDABIT ME.

Hoc est proverbum, sive enigma, quod praemissam tam accurata prefatione toti humano generi Propheta proponit et solvit. Sed solutio non minus est obscura, quam propositionis, ut tam propozitio, quam solutio enigmatis dici possit. Sed tamen enigmata sunt haec verba hominibus hujus seculi amoro preoccupatis, nam versus Dei servis apertissima sunt. Ait igitur: «Cur timebo in die mala?» quasi dicat: Propono vobis omnibus, qui habitatis orbem terrarum, hanc questionem solvendam. Quid est, quod me terret poterit «in die mala,» id est, in die iudicii divini, que dicitur, *Sophon. 1*, «dies irae, dies tribulationis et angustie, dies calamitatis et misericordie, dies tenebrarum et caliginis, dies nebulae et turbinis, dies tubae et clangoris?» Sive (quod est idem) quid me seruum reddere poterit in die illius iudicij, a quo summa honorum omnium et malorum meorum dependet? Magnum profecto problema, et quod omnes omnino contingit. Solvit autem Propheta suum enigmata, cum dicit: «Iniquitas calcanei mei circumdabit me,» id est, quod me timere faciet in die illa mala, non est paupertas, quia iudex non corrumpit donis; non est humilitas generis, aut status, quia iudex non respicit personas; non est malitia testium, aut advocateorum, quia iudex omnia novit; non est potentia adversariorum, quia iudex neminem timet; denique nihil est aliud, nisi iniquitas; et non quaevis iniquitas, sed sola «iniquitas calcanei mei,» id est, iniquitas extreme vite mee, iniquitas perseverans usque ad finem vite: illa enim si inve-

natur in illa die in me, omnino «circumdabit me» instar aggeris, aut muri, ut nullo modo evadere possim, quia tune non erit amplius locus preventiae, vel indulgentiae. Et contra, quod me securum et impavidum in die mala facere poterit, non erunt divitiae, aut nobilitas, aut «advocatorum diligentia, vel amicorum potentia, sed sola justitia; et non quevis justitia, sed justitia calcanei mei, id est, extremae vite mee, sive innocentia perseveraverit mecum usque ad mortem, sive per varum plementiam iniquitatem deleta, in ejus locum successerent vera justitia. Scio multis aliis modis hos versiculos ab aliis exponi: sed ego breviter studeo, et de variis sententias lectori judicii relinquio.

6. QUI CONFIDENT IN VIRTUTE SUA, ET IN MUL- Vers. 6.  
TIUDINE DIVITIARUM SUARUM GLORIANTUR.

Posteaquam dixerat Propheta nihil esse timendum nisi peccatum, ut quis in die mala securus sit, addit nunc multos esse, qui hoc non intellegentes, confidunt in viribus suis, ac per hoc gloriantur in divitiis, quas magno studio paraverunt, existimantes hac ratione se tutissimos fore in quilibet mala die; et simul demonstrat illos omnino falli, et problema suum, ejusque solutionem esse verissimam. Ait igitur: «Qui confidunt in virtute sua,» id est, qui non timent diem malam, freli potenti et viribus suis, ut suat plurimi ex filiis Iudei seculi, illi etiam consequenter gloriantur in multitudine divitiarum suarum; existimant enim pecunias omnia vincit et expugnari posse. Et vere in hoc seculo magna vis est in opibus et divitiis, ut vere dixerit Sapiens: «Pecunia obedient omnia,» Eccl. XVII. Sed in die mala nullus amplius inventientur pecuniae, neque, si invenientur, promades possent. Ideo subiungit Propheta:

7. FRATER NON REDIMIT, REDIMET HOMO? NON Vers. 7.  
DABIT DEO FLAGRATIONEM SUAM.

Ostendit vanam esse fiduciam confidentium in pecunia. Ait enim: «Frater non redimit,» id est, ne nemo poterit quamlibet magnis divitiis in die mala redimere fratrem suum. «Redimet homo:» hoc legendum est cum interrogatio, ut monet S. Basilius, «frater non redimit, redimet homo?» vel repetenda est negatio de more Scripturae sanctae: *Frater non redimit, non redimet homo*. Est enim sensus: «Frater non redimit,» nullo minus alius homo redimet. «Non dabit Deo flagrationem suam,» id est, neque alium, neque se ipsum liberare poterit; quamvis enim pecunia maxime abundet, et eas omnes offerat ad placandum Deum in die mala, nihil ei proderit. Nam, ut Dominus in Evangelio, Matth. XVI, loquitur: «Quam dabit homo communicationem pro anima sua?» superum enim pretium animus humanus omnis bona hujus mundi, et ideo solus sanguis Unigeniti Dei, qui infiniti valoris erat, pretium animarum esse potuit. Itaque qui hoc magno pretio neglecto, in diabolica captivitate

Solus  
sanguis  
Christi  
pretium  
animarum  
est pre-  
test.

detenus perveniet ad diem malam, « non dabit  
Deo placionem suam. »

Vers. 8. 8. ET PRETUM REDEMPTIONIS ANIME SUE, ET  
LABORABIT IN AETERNUM, ET VIVET ADHUC IN FINEM.

Declarat quod dixerat : Non dabit Deo placionem suam; a placatio enim Dei est pretium redemptionis, quod solus Unigenitus Dei dare potuit; de quo intelligit S. Basilius verba sequentia : « Laborabit in seculum, et vivet adhuc in finem, » id est, laborabit in hoc mundo ad tempus, et vivet postea in eternum. Sancti autem Ambrosius et Chrysostomus exponunt hec eadem verba de viro pio et sapiente quocumque, quem opponunt viro stulto et impio confidenti in multitudine divitiarum suarum; vir enim pius et sapiens laborat ad tempus in servandis praeceptis, sed vivet in eternum. Sanctus vero Augustinus exponit de illo « eodem, de quo dictum est paulo ante, non dabit Deo placionem suam; » et vult hunc sensum esse : Ille, qui confidit in multitudine divitiarum suarum, « laborabit in eternum, » quia labor eius non habebit finem, et vivet modico tempore, quia vita eius erit usque in finem, et non ultra. Et videtur secundum hanc expositionem melius continuari textus Prophetæ, et magis proprie exponuntur verba in seculum, et in finem : nam laborare in seculum non est laborare in hoc mundo, vel laboreare modico tempore, sed est laborare in eternum; et, vivere in finem, non est vivere sine fine, sed est vivere usque ad finem statutum et definitum, ita ut finis naturalis vita non preveniat, neque extendetur. Verba hebraica, pro laborabit in seculum, vindicent habere, quiescat in seculum : nam קָרְבָּן chadal quiescere significat. Sed non est verisimiliter Septuaginta Interpretes reddidisse omnino contrarium sensum; ideo suspicor illos legesse קָרְבָּן ch. ral : nam litteræ ח וְ ר simillime sunt. Verbum autem קָרְבָּן choral significat angustiari et cruciari, et quasi artices pungi : quod satis proprie convenit amatoribus divitiarum, quas Dominus in Evangelio, Matth. xii, spinis comparavit. Ille quo qui in divitiis suis confidunt, non solum non dabunt pretium redemptionis anime sue, sed laborabunt in tormentis cum divite epuloni usque in eternum; et vivent vitam voluntariam, que illis sola videatur esse vita, usque in finem a Deo constitutum. De varia intercomputatione textos hebraicis non laboro, quoniam illa posita est ad arbitrium Rabbinorum, quibus injuriam non facimus, cum eis Septuaginta Interpretes antiquiores et doctores anteponimus.

Vers. 9. 9. NON VIDEBIT INTERITUM, CUM VIDERIT SA-  
PIENTES MORIENTES : SIMUL INSPIENS, ET STULTUS  
PERIBUNT.

Quia dixerat impium victurum usque in finem, curvo videlicet naturali; addit confirmans hoc ipsum : « Non videbit interitum, cum viderit sa-  
pientes morientes, » id est, continuabitur cursus  
vita sua usque ad ultimam senectutem, etiam si

videat aliquos sapientes et justos rapi ante tem-  
pus, et non continuare cursum vite usque in fi-  
nem naturaliem; sepe enim Deus iis, quibus da-  
turus non est vitam eternam, dat vitam tempora-  
lem diurnam, quomodo Lazarus in Evange-  
lio Luc. xvi, mortuus legitur ante Epuolum. Sed  
quamvis vita hæc temporalis aliquando impis-  
satis longa contingat, tandem finitur, et fit quod  
sequitur in Psalm. : « Simul insipiens et stultus  
peribunt, » itaque sensus totius versiculi est : « Non  
videbit interitum, » id est, non morietur stultus  
confidens in divitiis ante tempus, cum viderit ali-  
quos sapientes ante tempus morientes, tandem  
tamen simul cum sapientibus etiam stultus et  
insipiens ad vitæ temporialis finem pervenient.  
S. Augustinus paulo alteri exponit illud : Non vi-  
debit interitum; vult enim sensum esse : Non in-  
tellegit quo sit versus interitus; non enim verus  
interitus est mors corporis, sed mors animæ. Posset  
etiam dici, « non videbit interitum, » id est, non  
cogitabilis se quoque moritum, quando sapientes  
viderit morientes : que sententia verissima est;  
hæc est enim cœcitas humana, ut cum quotidie  
videamus morientes homines, nobis etiam milio-  
nes et juniores, tamen vix adduci possimus, ut  
serio cogitemus, nos quoque morituros esse; ta-  
men ad litteram in Scriptura sanctis, « non vi-  
debit interitum, » est non corrupti, Psalm. xiii:  
« Non dabit sanctum tuum videre corruptionem; »  
et Iou. viii: « Si quis sermonem meum servaverit,  
mortem non videbit in eternum. » Quid autem  
temporis interitus stultum et insipientem, docet  
S. Basilios : dicit enim insipientem esse, qui ad  
humana et communia inepius est, qui videlicet  
humana sapientia, sive prudenter caret; stultum  
autem vocari eum, qui caret notitia rerum divi-  
narum, et solis terrae intentus est : et videtur  
S. Basilios non tam ad grecas, quam ad hebre-  
icas voces respicisse. Vix enim vox hebraica כָּרְבָּן  
significat emulsius qui sapientia etiam humana caret; vox autem בָּרְבָּן significat hominem pecori simili-  
lem; peccato enim sola terrena cogitant : unde  
etiam paulo post dicti Psalmus : « Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est ju-  
mentis cum divite epuloni usque in eternum. »

10. ET RELINQUENT ALIENS DIVITIAS SUAS, ET Vers. 10.  
SEPULCRA EORUM DOMUS ILLORUM IN AETERNUM.

Confidentes in divitiis stultos et insipientes vo-  
caverat sanctus Propheta, quomodo vocat eliam  
Dominus in Evangelio Luc. xii, cum dicit eidam  
diviti : « Stulte, haec nocte repeatent a te animam  
tuam, et que parasti, cujus erunt? » Ideo probat  
eos vere stultos esse, ex eo quod diviti ut ne-  
sciunt, easque relinquunt in quos ignorant. Per-  
ibunt, inquit, insipientes et stulti, quales sunt con-  
fidentes in divitiis, et ut stultitiam suam mani-  
feste prodant, relinquunt illa quos ignorant. Alieni  
stati finitimi, ubi intellegi possit  
etiam filios et nepotes hominum impiorum : nam  
stulti.

etiam isti tanquam alieni citio obliviscuntur eorum  
quorum opes oblinuerunt; et quamvis etiam non  
obliviscerentur, tamen mortuos impios juvare  
non possent : quomodo dives ille de Evangelio  
quinque fratres habebat in seculo, et tamen ab eis  
juvari non poterat, quo minus ardere in gehenna,  
Luc. xvi. Prinde quinque illi fratres inter extra-  
neos deputabantur: unus autem Lazarus, qui cum  
juvare potuisset, vere proximus, et non extraneus  
fuisse, si misericordiam in illum facere voluisse.  
Adjungit Propheta : « Et sepulcrum eorum domus  
illorum in eternum, » id est, ipsi quidem morientes  
reliererunt alienis divitiis suis, sibi autem nihil  
retinerunt, nisi angustissimum domum, id  
est, sepulcrum, in quo jacere debent « in aeter-  
num, » id est, ad finem usque saeculi : sepe enim  
aeternum, in Scripturis, significat integrum durata-  
tionem alicuius temporis, vel status; et declara-  
tur hec phrasis in verbis sequentibus : « Taber-  
nacula eorum in progenie et progenie. » Quod  
enim vocaverat sepulcrum, et domum aeternam,  
id ipsum nunc vocat tabernaculum in progenie et  
progenie, id est, habitaculum, ubi manebunt cor-  
pora eorum, donec generationes et generationes  
peragantur : quod sine dubio erit usque ad mundi  
consummationem. In hebreo non habetur sepul-  
cra, sed interiora : exterior credibilis est Septu-  
aginta Interpretis non legisse בָּרְבָּן, ut modo lo-  
gitar, et significat interiora eorum, sed litteris trans-  
positis בָּרְבָּן, et significat sepulcrum eorum.

Vers. 11. 11. TABERNACULA EORUM IN PROGENIE ET PE-  
GENIE; VOCARENT NOMINA SUA IN TERRIS SUIS.

Elli he-  
brius hu-  
mili nomin-  
na via  
scriven-  
tia in  
terris,  
qua in  
cellibus  
currit.

De priore parte versiculi dictum est in explica-  
tione versiculi superioris. Quod autem additor,  
nil superesse in terris, praeter nomina ipsorum.  
Nullis enim modis conantur mortales, qui hanc  
solam vitam noverunt, nomina sua eternitatem com-  
memorare: vel enim nomina sua inscribunt par-  
tibus; vel ea civitatis induunt; vel in libriss a se  
scriptis apponunt, vel denique filios, aut nepotes  
ad memoriam perpetuandam nomina sua gerere  
curant. Ita filii hujus saeculi nomina sua scribunt  
in terris, quoniam scripta esse non sperant in celis.

Vers. 12. 12. ET HOMO, CUM IN HONORE ESSET, NON INTEL-  
LEXIT; COMPARATUS EST JUMENTIS INSPIVENTIBUS,  
ET SIMILIS FACTUS EST ILLIS.

Occasione insipientis, atque in divitiis confi-  
dentiis, digreditur Propheta ad ipsum genus hu-  
manum coargendum, quasi dicat : « Et sic homo  
cum in honore esset, non intellexit, » id est, homo  
præter cetera animalia honoratus a Deo intelli-  
gentia et ratione, libero arbitrio, imagine divinitatis,  
immortalitate anime, imperio super omnia  
qua in terris sunt, non intellexit hunc honorem  
suum; sed « comparatus est jumentis insipienti-  
bus, » quibus non est intellectus. « Et similis  
factus est illis, » dum more pecudum, non pro-

spicit in futurum, sed presentibus solum inhiat;  
et subiect se corporibus passionibus, quibus  
imperare debuerat; denique vera et sempiterna  
bona confemit, ut falsis et caducis fruatur, cum  
e contrario temporalia omnia despiceret debu-  
set, ut sempiternam vitam sibi compararet. In  
hebreo codice non habetur, *involexit*, sed לִבְנֵי אָבִין, quod est  
*l'îlân, commorabitur*; ceterum Septuaginta Inter-  
pretes non legerunt *l'îlân*, sed לִבְנֵי אָבִין, quod est  
*intellexit*. Facile autem fuit progressus temporis  
unum literam in alteram mutari.

13. HÆC VIA ILLORUM SCANDALUM IPSIS, ET Vers. 13.  
POSTRA IN ORE SUO COMPLACEUNT.

Pergit explicare, vel deplorare miseriam gene-  
ris humani. « Hæc via, inquit, illorum scandalum  
ipsis, » id est, hec vita, quam docunt similem  
vite brutorum; sive hæc via, quam sequuntur,  
dum vivunt more bestiarum, hæc lex, hi mores,  
hoc institutum « scandalum est ipsi, » id est, offen-  
dicula multa illis præbent, et ruina magna causa  
sunt illis, qui tamē apostola in ore suo complac-  
ebunt, id est, habitaculum, ubi manebunt cor-  
pora eorum, donec generationes et generationes  
peragantur: quod sine dubio erit usque ad mundi  
consummationem. In hebreo non habetur *sepul-  
cra*, sed *interiora*: exterior credibilis est Septu-  
aginta Interpretis non habuerunt בָּרְבָּן, ut modis lo-  
gitar, et significat *interiora eorum*, sed litteris trans-  
positis בָּרְבָּן, et significat *sepulcrum*. Veriores au-  
tem fuisse codices, quos habuerunt Septuaginta,  
iis quos posteriores habuerunt, non credimus  
posse negari.

14. SICUT OVES IN INFERO POSITI SUNT, MORS Vers. 14.  
DEPASCT EOS.

Quoniam dixit homines factos esse per pecca-  
tum similes bestias insipientibus, addit finem il-  
lorum fore, ut more ovium insipientium maclen-  
tum : ubi demonstratur tum multitudine, tum im-  
becillitas hominum, qui post mortem ad inferos  
detruduntur : oves enim gregatim coniunctur in  
stabula, et sine ulla resistencia discuntur ad  
maclenum. Itaque minori labore Deus multitudinem  
impiorum, quamvis in mundo diffissimi et  
potentissimi fuerint, detrudet in infernum ad mor-  
tem sempiternam, quam soleat pastor oviculas

Minores  
laboris  
Deus in-  
spic-  
tus in  
infarto  
derit,  
quam  
cor ad  
maclen-  
tum da-  
cantur.

simplices et inermes vel trudere in stabulum, vel  
ad educere ad cedem. Quod autem dicitur, « mors  
depascat eos, » duplice sensu habere potest :  
unum, ut significetur mortem instar pastoris fu-  
turam, et homines instar ovium ducatur ad pas-  
cua squallida et arena, ubi nihil inventant præter  
genitum et dolores; alterum, ut significetur mor-  
tem instar lupi famelici depasturam et consumptu-  
ram homines impios instar ovium destinatarum  
ad escam. Prior sensus convenit voci grecæ μα-  
κέψει, posterior voci latini *depascet*, utrumque  
autem optimè recipit vox hebreia נַעֲמָה, sed in  
re nulla videtur esse discrepantia. Huc enim tan-